

*Landgraf Ludwig III. bekundet die zwischen den Klöstern Reinhardsbrunn und Georgenthal zu Stande gekommenen Tauschgeschäfte.*

**Gotha, 1168 Juni 14.**

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I, g. 28. Die obere Platte des S. ist verloren. Phot. H. St. A.*

5 *Gedr.: Thur. sacra 94.*

C. :In nomine sanctę et individue trinitatis.: Lvdewicus tercius divina favente gratia lantgravius in Thuringia. Quoniam quidem manifestum est, quod obli|vione cuncta delentur et novarum lites contentionum facillime oriuntur ex oblivione gestorum preteritorum, quas tamen contentiones diri|mit et in concordiam revocat sigillatorum privilegiorum  
10 auctoritas. Inde est quod, que in diebus nostris inter ꝛcclesiam Reinheresbrunnensem | et ecclesiam de sancto Georgio pro utriusque partis commodo et pacis custodia legitime acta sunt, nobis presentibus et cooperantibus, ut inconvulsa permaneant, necessarium duximus scripto presentium et futurorum memorię commendare et sigilli nostri inpressione confirmare. Innotescat igitur universitati fidelium, quibus continentia presentis pagine inno-  
15 tuerit coniunctio et concambium, quod inter prefatas ꝛcclesias nobis mediantibus definitum esse dinoscitur. Ecclesia siquidem nostra in Reinheresbrunnen habebat villam nomine Herrenhof, quam in concambio fratribus de sancto Georgio cum omnibus pertinentiis suis legitima possessione contradidit his designatis terminis: ipsam villam cum ꝛcclesia, molendino, prato, quod dicitur Langewisen, et mansiones in Hohenkirchen, Cranechmor, Sunderen, Rotenbuhil, Gozberc dimidium cum subiacente planitie versus orientem usque in  
20 Urnebach, versus septentrionem usque ad stratam, que ducit Ordorf ab eadem via secus pratum, quod dicitur Vngehurenwisen, usque Santwerf, versus meridiem usque ad Ordorfsteiger, Sachsenfelt dimidium cum pertinentiis suis, Vizzenroth dimidium a Rodenbach usque Meinoldestrazen, ab ea usque Smalewazzer. Abhinc usque ad stratam Steiger, que  
25 transit per Heselenvelt. Item terciam partem nemoris inter Frankenstic et Loibam et annem Apphelste. Item terciam partem nemoris inter Rodenbach et Hainbach versus Loibam. Pro quorum omnium commutatione ꝛcclesia sancti Georgii contulit ꝛcclesię Reinheresbrunnensi in Strouwe viii libras reddituum, in Bodelstete iii libras, in Bossenbrunnen vi solidos, in Uñeleiben iii solidos et dimidium,  
30 in Notteleiben xxx solidos insuper viii libras argenti ponderati. Conventionem huius concambii composuit Lvdewicus lantgravius pater noster una cum matre nostra et fratribus nostris ordinante et annuente Hermanno abbate prefate ꝛcclesię cum universo fratrum suorum collegio, qui eadem bona  
35 pari consilio prefate ꝛcclesię in manus comitis Guntheri advocati recepto mutuo concambio contradiderunt et delegaverunt presente Gundol- do abbate prefati cenobii. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo & lx viii, indictione i,  
40 regnante glorioso Romanorum imperatore Friderico; feliciter amen.

(SJD.)